Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Parnassvs Poeticvs Mœsto-Lætatus

Höfflich, Hieronymus

Altdorphii, 1623

VD17 VD17 15:745589E

IX. Alivd de spiritu sancto

urn:nbn:de:bsz:31-138658

Visual Library

Exiit â patre ſic, patrem ne linqueret unq;,
Unum ſupremo cum patre numen habens,
Exiit è terra terram ne linqueret unquam,
Sublimis petiit dum ſacra regna poli.

Ex Auguſtin. ſup. Johann. tract. 102.

VIII.
Ubi Spiritus Sanctus ibi Sancta Trinitas.

Sanctus ubi flatus Divini fomes amoris
Illic & præſens Chriſtus Jeſus adeſt.
Chriſtꝰ ubi eſt illic figit tentoria ſummꝰ
Qui creat & ſervat cuncta creata pater.

Ex Baſil. ſermo. cont. Sabel.

IX.
ALIUD.
DE SPIRITU SANCTO.

IN quibus exſtruxit ſacer hic habitacula flatus
Hi fiunt Sancti nomine req; viri.

Red-

Redduntur veri Vates, Chriſtiq́ miniſtri
Qui fuerant pulvis, terra ciniſq́ prius
Ex Baſil. de Spiritu Sancto.

X.
ALIUD
De Spiritu Sancto.

IGnitis linguis comparet Spiritus almus.
Munus ut in terris judicet ille ſuum,
Nam qui concipiunt divini flamminis ignem
Ardent ſupremi ſemper amore DEI.
Ex Ge. homil. penult.

XI.
Ad Spiritum Sanctum.

O Aura accedens animi divina calorem,
Tu quæ de nato deq́ parente venis.
Reſtaurare velis exſtinctam pene favillam
In gelido cordis tegmine quæſo mei.
Vivificâq́ mihi flammâ cor adure, novo æſtro,
Ut movear, motu Spiritus alme tuo.
Nec niſi Sancta ſiet quæ ſtat ſententia menti
Nil faciam, mea vox nil niſi Sancta ſonet.